SCIRE POPULI PRO PACE SUBIRE - IN QUOCUMQ. FORES EXPENDIA SIVE LABORES - DECRETIS LEGUM MENTES SUSPENDERE REGUM - UT FIERES HORUM REX ET CORRECTOR EORŪ - FAMA SUP̄. CEDROS CUIUS DEDIT IRE FALEDROS - XRISTI NATALIS P̄AGIS DUM FESTA, VITALIS - DUCERIS AD FUNUS FACTUS DOLOR OMĪB UNUS - OB. V. FALĒD DE DON̄ VENETIAE DUX - AN̄N DNI.... CVI INDIC. IIII (Monumento nell'atrio della basilica di S. Marco).

FELICIA moglie di VITALE I MICHIEL

ANNO MILLENO CENTENO DENUO PRIMO - QUO SUA NON MINUIT SED SIBI NOSTRA TULIT - VITALIS FAELIX, CONIUNX DUCIS HAEC MICHAELIS - OCCIDIT INSIGNIS MORIB. ET TITULIS - CULTRIX VERA DEI, CULTRIX ET PAUPERIEI - SIC SUBNIXA DEO QUO FRUERETUR EO - COMIS IN AFFATU NULLIS ONEROSA DUCATU - VULTU MITIS ERAT ; QUOD FORIS INTUS ERAT - CALCAVIT LUXUM, SUFFUGIT QUEMQ. TUMULTUM - AD STREPITUM NULLUM COR TULIT IPSA SUUM - INDOLE PRECLARA, PRECLARIS INDOLE CARA - CUNCTIS LARGA FUIT, LARGA SED IPSA SUIS - UT LABOR AC AETAS ERAT, OCCURREBAT HONESTAS - CUM PIA PLURA TULIT PLURA TULISSE CUPIT - HANC TALEM DEFLENT MODO NON SUPERESSE POTENTES - DANT PIA VOTA DEO, QUO POCIATUR EO - FASSCIB. ECCE GRAVIS. FASSCES QUOS CONDECORAVIT - MENTE DEUM VIVIT, CORPORE FACTA CINIS - ERGO QUID CENSUS, QUID SIT DECUS ATQ. IUVENTUS - DISCITE, CUM PEREANT ET CITO DEFICIANT (Monumento nell'atrio della basilica di S. Marco).

DOMENICO MICHIEL

TERROR GRAECORUM IACET HIC ET LAUS VENETORUM - DOMINICUS MICHAEL, QUEM TIMET HEMANUEL - DUX PROBUS ET FORTIS, QUEM TOTUS ADHUC COLIT ORBIS - PRUDENS CONSILIO SUMMUS ET INGENIO - ISTIUS ACTA VIRI DECLARAT CAPTIO TYRI - INTERITUS SYRIAE MAEROR ET UNGARIAE - QUI FECIT VENETOS IN PACE MANERE QUIETOS - DONEC ENIM VIGUIT PATRIA TUTA FUIT - QUISQUIS AD HOC PULCHRUM VENIES SPECTARE SEPULCHRUM - CERNUUS ANTE DEUM FLECTERE PROPTER EUM - ANNO MCXXVIIII IND. VII OBIIT DOMINICUS MICHAEL DUX VEN.

HOCCE INCLYTI DUCIS SEPULCHRŪ, VETUSTATE DESTRUCTŪ - PIISSIMO SENATUS DECRETO - MONACHI VETERI PRORSUS SERVATO EPIGRAMMATE - ITERUM EXTRUXERE MDCXXXVII. (Monumento nella basilica di S. Giorgio Maggiore).

DOMENICO MOROSINI

HEIC IACET DOMINUS DOMINICUS MAUROCENO QUONDAM DUX VENETORUM CUM SOPHIA UXORE SUA DUCISSA : QUI DUX FUIT BONUS ET PRUDENTISSIMUS, PLENUS FIDEI ET VERITATIS, AMATOR PATRIAE. ISTE FUIT PRIMUS ESPUGNATOR TYRI. TEMPORE ISTIUS REDEMTA EST HISTRIA